

Perpetua Vt Christi VIVI est Vt fixa Voluntas,
Vt terra in terram vertit Vt; ante Vt erat; (brIs
VnDeClMâ, CœLVM sCanDens, bls, LV Ce NoVeM
Nobilis HEINRICVS VIVIt eqVesBVNAVVS
M. Wilhelm Vogel Saltzungâs Hen.
ne.bergico-Buchonus, Tecinæ Diacon
optimè merito Dn. Con-latori & Con
patri f.

*E*cce? quid hoc? sibi quid tantus vult undiq; planctus?
Cum tanto funus cui fit honore viro?
HEINRICVS cecidit generoso stemmate cretus,
Eheu! Buniadæ destina magna Domus:
Solve nigras, Elegia, comas: lacrymasq; profunde,
Tetschinium gelidas quot vehit Albis aquas.
Stringite nunc atri terræ sola sirmatis umbra:
Cingite nunc pullâ sindone pileolum.
Funera acerba paras, Coniunx mæstissima, & imo
Pectore suspirans, fletibus ora rigas.
Triste Ministerium, Suboles generosa, Parentj
Exhibitum is: cuius viscera condis humo.
Denatum Frater cum fidis deflet Amicis:
Et quicumq; satj sanguine Buniadum,
Subdita gens Patriæ Patrem gemitu suspirat
Ornatu capitis despoliata suj,
Cum fidibus si'eant plectra, organa, setiger arcus:
Obruta nam læta Musica turba stupet.
Ipse polus pluvias: fletus dixisse volebam,
(Cum tumularetur) sparsit & indoluit, *Quid!*